A. Frigapanus[?] pro R.mo D. Vicecan.o Jo. [illegible]

Paulus epus servus servorum dei venerabili fratri Camillo Epo Caiacien. vicelegato in provincia nostra Marchie Anconitan.
Salt et aplicam ben. Exhibita nobis dilecti filij universitas et homines terre Montis Sancti Firmani dioc. petitione monstrabant quod licet gabelle et alie impositiones super pascuis territorij dicte terre ad pias causas imposite sint, etiam licet quicumque dicti animalia sua aut nomine suo tenta in dicta pascua immittentes ac dictis pascuis utentes vectigalia et gabellas super pascuis imposita huiusmodi solvere integre teneantur et ad hoc de iure cogi debeant, tamen nonnulli pbri et alij clerici soluti et communitati dicte terre et illius comitatus ac alij se privilegio quodam suffulti pretendentes animalia etiam per eos empta aut alias ab eis seu eorum nomine possessa in dicta pascua immittentes ac se a solutione vectigalium et aliorum iurium que occasione pascuorum predictorum imponuntur subtrahere ac alias universitatem et homines prefatos in premissis et circa fraudare ac eis damna et iacturam inferre presumpserunt et presumunt in animarum suarum periculum et dictorum universitatis et hominum preiudicium non modicum et gravamen. Quare pro parte dictorum universitatis et hominum ac particularium sibi in hac parte adherentium ac adherere volentium nobis fuit humiliter supplicatum ut superdictos ad vectigalium et aliorum iurium super dictis pascuis et alias quomodolibet impositorum et imponendorum et aliorum debitorum solutionem cogi et compelli ac de vectigalibus et iuribus hactenus et pro tempore debitis necnon expensis damnis et interesse necnon aliis in actis causae et causarum huiusmodi deducendis in quibus illos debitores esse iure merito constiterit satisfieri necnon eis ac quibusvis iudicibus et personis etiam sub censuris et penis ecclesiasticis quotiens opus fuerit inhiberi ac censuras et penas predictas incurrisse etiam iteratis vicibus declarari ac etiam [illegible] ad invocationem auxilij brachij secularis [illegible] mandare aliasque in premissis providere de bina et dietis dummodo ultra tres aliquis auctoritate presentium non trahatur ac aliis aplicis constitutionibus et ordinationibus etiam Angelina et [illegible] ac Andegaven. ac et super hiis in provincialibus conciliis aut aliias editis necnon privilegijs indultis et litteris aplicis quibusvis quomodolibet et sub quibuscumque tenoribus ac formis concessis approbatis et innovatis ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus de benignitate aplica dignaremur. Quocirca fraternitati tue per aplica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi ac etiam ut prefertur sicut iustum fuerit inhibito ac auditis hinc inde et iam summarie simpliciter et de plano super his ac eorum incidentibus dependentibus et emergentibus propositis quod iustum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam [illegible] Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud Sanctummarcum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Pridie Id. Septembris Pontificatus nostri Anno Primo.

S.C.S. V

[illegible] Benn.

Super Iure pascendo
Indultum.
Paolo IV.
1555

N°. 40.
48 ~~1555~~

1555.
Pauli Quarti

Commissio caus. solut. Gabelle animalium sup. pascuis
... ... de Mezano

H: Plumer: